

lant inuestitiōem. Quod ne cui mirum uideatur ciuitates religioni: & Ro-
manę sedi semper deditas ita constituisse: Meminerit quod supradiximus
seculis illis morem fuisse ut Romāi pōtiffices a Clero populoq; delecti nō
tamen inirent pontificatū nisi confirmati prius ab impatore. Siquidem Gre-
gorius Gordiani: qui postea fuit primus sūmus pontifex eius noīf: missus
est a Pelagio nouo delecto pontifice ad Mauriciū imperatorē purgatū Pe-
lagium si pontificatū iniisset: anteq; principalē cōfirmationē acciperet. Co-
actum. n. inuitūq; fecisse. Idem quoq; facere Rauennates Archiepiscopos
oportebat. Aliquot aut per ānos hoc cōfirmandi munus obiere Hexarchi
impatorum noīe. Primus Cōstantius Constantii filius & Iustiniani secū-
di pater: Sanctiōem edidit: ut quem Clerus & exercitus populusq; Roma-
nus elegissent: Is euestigio p pontifice haberetur: nulla expectata aut a pri-
cipe aut ab Hexarcho cōfirmatiōe. Ex Veneta igitur nobilitate Paulus Era-
clia oriundus dux creatur āno Domini sexcentesimo nonagesimo septimo
uirtute & claritate generis facile primus. Iusiurādum a patriarcha prestitū
oīum noīe populorū iuste ac sancte ducatus administrādī. Quę tū isignia
susceperit: haud quaquā ab ullo traditū accipio. Preter capitis ornamētū.
Nō tamē ut extento posterius in altū cornu tereti atq; pleno: quale nūc du-
ces gerunt: extiterit. Sed ut ex antiquissimis picturis uidere pluribus in lo-
cis licet & præsertim in Aede sancti Marci: mitra altius eminebat: quasi in
pyramidis figurā ut summorū pontificū mitras uidemus. Licet illę albę:
hec uero purpurea. I. imbus semper aureus oram bireti præcinxit. Collum
quoq; circumdare monili qđ Bauarū uocant ab ea fortasse gente nomē pfe-
ctum qđ eo prima usa fuerit sandariis quoq; siue calceis picturatis uti illis
egregium fuit. Nihil prius paulus duxit: q̄ intestinas externasq; discordias
sedare: Oīs publicę felicitatis inimicas. Quod facile est consecutus: Tum
noua auctus dignitate: tum diligentia prudentiaq;. Id etiā facilius qđ apđ
foroiuliū nunq̄ inter langobardos ciuiles motus cessauere: Dum defiscunt
duces a regibus. Siquidem reges pleriq; apud Ticinū regiam cum tenerent:
Duces uero foroiuliani: aut spolerani: quum abessent inde longius deficie-
bant sepius a regibus: & fere semp in armis erant. Inito ducatu firmauit di-
ligentius fluminum custodias: & castellis muniuit. Statuit ut oppida oīa
nauū numero pro opibus impato ad omne ducis signū: i armis cēnt. Na-
ualia cōstruerent septa munitaq;: Quorū adhuc uestigia uidemus: Ne aut
accolis aut piratis paterent. Factum principis diligētia per oēm eius duca-
tum: ut Veneti fines illesi ab omni externorum iniuria pseuerauerint. Cū
Ariperto rege amicitiam coluit. Fēdus iniit cum Luitprando a quo mul-
tis immunitatibus est donatus. Qđ bellis alii plerunq; solent: Ipse amici-
tia & officiis patrię fines auxit. Propagauit eos a plau maiore ad usq; alue-
um uetustum: Qui plauis siccus appellatur. Eosq; deinde priuilegio De-

Paulus dux p. anno. 697.